

Clarissime Goli

(1/2)

Si de latitudine Byzantina parò molestus Mendelino est, quã in ne diu petitioni nostrã satisfecisti, scitò distulisse me referre homini, quã perscripseras, donec a Legato Hagã acciperem, quod unã operã transmitti posset. Jam cum instet acius, et in recudendo lex ita ea versetur cuius, ut opinor, hoc rescripto pattem te esse cupit, restituo illi tandem, quod ex fideicommissio hætenus apud me latuit. Tibi autem obiter significo, ne te bis conveniri, qui tam bonum probumque nomen es, aut miseris, aut agnẽ feras. Utrumque enim possis tuo jure, nisi hæc moras nostrã causã cognitã. Vale vir doctissime, et me ama, qui te plenissimo affectu. Hagã Com: XVI. Cal: Febr: C1717 CXXXIII.

Mendelino.

Distuli ad te referre, vir doctissime, quã a Golio jam nostro, de latitudine Byzantina diu accepi, et sola me responsi spes a Legato detinuit. Illum enim tam serio ^{com} ~~inter~~pellaveram, ut brevi crederem atque eãdem operã utriusque consilia potestatis tuã fieri posse. At enim, quã diebus alibi, aut septimanis, hic mensibus intervalla metimur. Hæc ergo in ante cessum, quod de re quassitã Golius, suo in more, suo candore. Mox ut Byzantii quid allatum fuerit, quod hætenus male cessatum est, diligentia corrigam. Ignosce tu pro humanitate quã tuã, et affectu illo, quo me tuum esse fateris distractissimo amicorum. Non est mea sors, respondere ubique mutuis officiis; non adversus eos quidem, quos cum cultu amo, et cum stupore observo. Inter quos te censeo rogo mi Mendelino et enixe rogo, persuasum habeas quã quod maximẽ et me ames. Hagã Com: XVI. Cal: Febr: C1717 CXXXIII

Addo libellos duos, et pridem tuos ex legitimo stipulatus. Invenies in illis quod opinionem inter fiet quam de autoribus, sat scio, concepisti nisi quod pagellas aliquot obscuro nomine rheo corruperunt.

De Wilmhio.

Amplissime Domine Collega, et affinis charissime

(1/4)

Elegantissimo munusculo me distasti, et habeo quas olim redditurus sum gratias, si sic rerum tuarum ratio exiget, mearum facultas feret. De Cylindri effectibus